Die Äbte R(udolf) von Kremsmünster, D(ietmar I.) von Seitenstetten und P(ilgrim) von Gleink nebst dem Kapitel von St. Florian bezeugen Bischof G(ebhard) von Passau und dessen Kapitel den Verlauf des Prozesses zwischen dem Kloster Garsten und Heinrich von Pettenbach, Archidiakon, Domherr zu Passau und Pfarrer von Wartberg, wegen der Zehentrechte und Leute zu Ramsau durch Übersendung der von ihnen selbst besiegelten Abschriften der betreffenden Dokumente. Sie haben die Garstener Urkunden mit den Siegeln der Schiedsrichter und des Bischofs Ulrich (bone memorie) gesehen und inserieren folgende Stücke: vidimierte Urkunde I = Urkunde Nr. GARS 8,

vidimierte Urkunde II = Urkunde Nr. GARS 10, vidimierte Urkunde III = Urkunde Nr. GARS 12, vidimierte Urkunde IV = Edd. in OÖUB II (1856), S. 624–625 Nr. 425.

Hss.: Original in Linz, OÖLA, StiA Garsten, Urkundenreihe: Nr. 32 (A). — Abschrift 15. Jh. in Linz, OÖLA, StiA Garsten, Hs. 1 b, S. 96–97 (B).

Abb.: <https://www.monasterium.net/mom/AT-OOeLA/GarstenOSB/1220/charter> (samt Hängesiegel).

Edd.: OÖUB II (1856), S. 625–626 Nr. 426 (aus A), zu ca. 1220.

Reg.: Boshof, Reg. Passau II (1999), S. 81–82 Nr. 1496.

Lit.: Friess, Geschichte Garsten (StMBO 1 H. 3, 1880), S. 46–47. — Melzer, Garsten (AGDL 4, 1907), S. 28. — Zauner, Garstener Urkunden (MOÖLA 5, 1957), S. 273–274. — Lenzenweger, Klosterarchiv Garsten (1959), S. 324, 328, 329. — Huber, Beiträge (1982), S. 157–158. — Zauner, Siedlungs- und Herrschaftsgeschichte (1987), S. 457. — Stelzer, Altmann (MIÖG 84, 1976), S. 78, 86 Anm. 133. — Stelzer, Gelehrtes Recht (1982), S. 89, S. 97 Anm. 140. — Huber, Garsten (2000), S. 509 Anm. 42.

Zur zeitlichen Einordnung führt bereits Boshof, Reg. Passau II, S. 81–82 Nr. 1496, aus, dass Bischof Gebhard kurz nach seinem Pontifikatsbeginn informiert worden sein, die Weihe allerdings schon erhalten haben wird, da er bereits mit dem Bischofstitel angesprochen ist. Die Weihe erfolgte 1222 zwischen März 13 und Mai 25, siehe Boshof, Reg. Passau II, S. 80–81 Nr. 1494. Dazu passe auch, dass „die das Schriftstück mitbesiegelnden Äbte von Kremsmünster und Seitenstetten [...] im Jahre 1222 bzw. 1223 verstorben sein“ sollen, „wobei allerdings bei diesen Angaben eine gewisse Unsicherheit nicht auszuschließen ist.“

Zur Problematik rund um den Komplex der zusammengehörigen Urkunden siehe „Begleitende Untersuchungen 1“. Siehe auch die dortige Erläuterung, warum (einzig) die vidimierte Urkunde IV hier nicht als eigene Nummer aufgenommen wurde.

Drei stark beschädigte Siegel an Pergamentstreifen. Laut OÖUB II, S. 626, handelt es sich um die Siegel der Äbte von Seitenstetten und Kremsmünster, sowie des Kapitels zu St. Florian. Demnach fehlt das Siegel des Abtes von Gleink. Ein Einschnitt in der Plika für dessen Siegel ist auf der Abbildung auf monasterium nicht eindeutig erkennbar. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

Dominis in Christo reverendis et semper diligendis G(ebhardo) dei gratia venerabili episcopo et capitulo Patauiensi, R(udolfus) in Chremsmünster, D(itmarus) in Sitanst(eten) et P(ilgrimus) in Gl̃vnich abbates et capitulum in domo sancti Floriani cum debita reverentia orationes et obsequium. Instrumenta ecclesie Garstensis inspeximus cum sigillis arbitrorum et bonę memorię domini Vlrici Pataviensis episcopi sub ea continentia, quam^{a)} sigillis nostris munitam cernere potestis.

[Vidimierte Urkunde I = Urkunde Nr. GARS 8:]

In nomine patris et filii et spiritus sancti ...

[Vidimierte Urkunde II = Urkunde Nr. GARS 10:]

Domino suo dilecto ...

[Vidimierte Urkunde III = Urkunde Nr. GARS 12:]

Reverendis dominis ...

[*Vidimierte Urkunde IV = Edd. in OÖUB II (1856), S. 624–625 Nr. 425:*]

Ūlricus dei gratia Patauiensis episcopus dilectis in Christo fratribus Reinberto abbati et capitulo Garstensi et Heinrico archidiacono plebano in Wartperch omnibusque ipsis canonicè substituendis in perpetuum. Ne lites, que rationabiliter deciduntur, denuo a posteris suscitentur, scripto commendantur. Huius rei gratia vobis vestris[que]^{b)} successoribus cura providentes pastoralis presenti pagine commendamus, quod nos ad vestram et iudicum delegatorum a sede Romana petitione^{a)} arbitrium confirmamus, quod inter vos R. abbas de Cremsmünster et A. prepositus sancti Floriani rationabiliter protulerunt, decernendo illud inviolabiliter observari. Fuit autem tenor arbitrii, prout ex confessione partium et assertione arbitratorum cognovimus, quod Henricus plebanus in Wartperch decimas et homines in Ramsowe, super quibus lis fuerat suscitata, recognosceret se nomine Garstensis ecclesie possidere et possideret, quoad ipse viveret, tantummodo ex abbatis bona permissione, quoniam sicut fuerat declaratum ipsis arbitris, ipse prius nomine Garstensis ecclesie tenuerat decimas et homines eosdem in terminis Garstensis ecclesie constitutos. Ipso vero defuncto decimam et homines loci eiusdem Garstensis ecclesie forent tam quoad proprietatem quam ad possessionem nullius obstante contradictione. Sciant itaque cuncti^{c)} in Wartperch substituendi se nullum ius in decimis et hominibus predictis habere, ideoque, ut ecclesiam Garstensem super eis amplius non molestant, firmiter inhibemus. Data anno incarnationis dominice M° CC° XX, in domo sancti Floriani.

^{a)} A. – ^{b)} que fehlt B. – ^{c)} cuncti über der Zeile B.

GARS 14

1233

Abt Berthold und der Konvent von Garsten bestätigen die Stiftung des Mönchs, Priesters und derzeitigen Propstes des Klosters Garsten, Gerung, der dem Konvent von Garsten einige Güter zur Besserung der Pfründe der Brüder anwies, darunter eines zu Edling.

Hss.: Original in Linz, OÖLA, StiA Garsten, Urkundenreihe: Nr. 33 (A).

Abb.: <http://monasterium.net/mom/AT-OOeLA/GarstenOSB/1233/charter> (samt Hängesiegel).

Edd.: OÖUB III (1862), S. 17–18 Nr. 15 (aus A).

Reg.: Pritz, Garsten und Gleink (1841), S. 99 Nr. 12. — Loserth, Bericht (BEStGQ 36 = NF 4, 1908), S. 44 Nr. 1 (= Druck des Regests im „Verzeichnis von Urkunden über die in Steiermark gelegenen Besitzungen des Klosters Garsten“, fol. 305, damals im „bischöfl. Arch., Linz“, heute weder im Diözesanarchiv Linz noch im Oberösterreichischen Landesarchiv auffindbar, schriftliche Mitteilungen von 1.7.2020 und 17.7.2020).

Lit.: Pritz, Garsten und Gleink (1841), S. 23. — Huber, Beiträge (1982), S. 159–160, 161. — Haider, Studien (2008), S. 139–141, 159.

Laut Pritz, Garsten und Gleink, S. 99 Nr. 12, und Haider, Studien, S. 140, liegt der genannte Hof bei Edling in der Steiermark. Vgl. Zahn, Ortsnamenbuch (1893), S. 161: „Edling, Df. sw. Öblern i. Ensthl.“.

1. Zerbrochenes Hängesiegel an rot-gelb-grünen Fäden; 2. Beschädigtes Hängesiegel an gelb-grünen Fäden. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

Quoniam generationum aliis transeuntibus aliis succedentibus tamquam penalitas quedam humanis sensibus inflicta est oblivio, merito providens sibi humana ratio ad sue recordationis auxilium scripture congruum adinvenit remedium. Presenti igitur scripto universorum tam presentium quam futurorum clareat memorię in posterum, qualiter Gerungus sacerdos et monachus ecclesie Gerstensis eiusdemque loci tunc temporis prepositus rationabili consideratione ductus cum consensu et plena prelati et fratrum suorum voluntate possessiones subscriptas comparavit intendens salubriter, ut de earundem possessionum annuis proventibus annua procuratio conventui Gerstensi in die natali beate Kath(er)ine in cibis et potibus sollempniter exhibeatur. Quarum possessionum duo prediola in territorio Gerstensi sita venerabilis Berhtoldus abbas una cum prefato Gerungo a domino Rūdolpho de Heimburch pro XXVIII talentis comparavit, que prediola VII solidos denariorum usualis monete absque stiura annuatim persolvere consueverunt. Preterea prediolum in Enstal de villa Edlinge duabus marcis comparatum fuit, cuius annuus proventus per omnia sunt LX^a denarii Frisacensis monete. Insuper domus quedam in Münd, quam Marquardus de Adelwanc vir nobilis precio III^{or} talentorum vendidit, tradita per manus filiorum suorum ad annum censum V solidorum stat locata. Testes autem horum contractuum, qui presentialiter interfuerunt, videlicet milites, cives et diverse conditionis homines quam plurimi, cum distinctionibus nominum et integra tocius rei serie in autentico Gerstensis ecclesie registro plenius adnotati repperientur. Harum itaque possessionum proventus tam minores quam maiores predictus venerabilis B(ertholdus) abbas una cum concordi fratrum favore ad opus prelibate cappelle, sicut superius expressum est, irrevocabiliter et quasi cum decreto constituit, humiliter et sub inprecatione divine ultionis supplicans, ne quis successorum suorum tam salubre institutum ausu temerario in irritum audeat revocare. Actum anno dominice incarnationis M^o CC^o XXXIII^o, prememorato venerabili Bertholdo abbate Gerstensi ecclesie feliciter presidente, Yringo priore, Vlrico hospitalario, Wolphero plebano, Wigando custode existentibus, cum aliis venerabilibus eiusdem ecclesie sacerdotibus et diaconibus, videlicet Marquardo, Duringo, Heinricho de Prvel, Heinricho de Enstal, Heinricho de Moln, Heinricho Cauda, Friderico, Rūdolfo, Rudwino, Iohanne et ceteris omnibus.

GARS 15

1235 September 18, vor der Burg Sitzenberg

Herzog Friedrich [II.] von Österreich und Steier, Herr von Krain, entscheidet aufgrund der Klage des Abtes Ulrich und der Brüder von Garsten, wonach Otto von Lengbach, die Brüder Leutold und Konrad von Altenburg, Otto und Ortof von Graz und Gundaker von Steyr sich zu Unrecht Vögte von Garsten nennen, dass entsprechend der ihm in Anwesenheit des Bischofs Konrad von Freising, des Grafen Konrad von Hardegg und vieler Ministerialen vom Abt vorgelegten Urkunden der Herzog allein die Vogtei des Klosters innehat.

Hss.: *Original in Linz, OÖLA, StiA Garsten, Urkundenreihe: Nr. 36 (A).* — *Insert in Urkunde 1248 Juni, im Lager vor Parma, Kaiser Friedrich II., in Linz, OÖLA, StiA Garsten, Urkundenreihe: Nr. 44 (B).* — *Insert in Urkunde 1279 März 15, Wien, König Rudolf I., in Linz, OÖLA, StiA Garsten, Urkundenreihe: Nr. 68 (C).* — *Abschrift 2. Hälfte 15. Jh. in Linz, OÖLA, StiA Garsten, Hs. 1 a, fol. 17v–18r (D).* — *Abschrift 15. Jh. in Linz, OÖLA, StiA Garsten, Hs. 1 b, S. 38–39 (alt fol. 11v–12r) (E).*

Abb.: http://monasterium.net/mom/AT-OOeLA/GarstenOSB/1235_IX_18/charter — https://www.monasterium.net/mom/AT-OOeLA/GarstenOSB/1248_VI/charter (= B). — https://www.monasterium.net/mom/AT-OOeLA/GarstenOSB/1279_III_15/charter (= C).

Edd.: Kurz, *Beyträge II* (1808), S. 546–547 Nr. 68 (aus A). — OÖUB III (1862), S. 34 Nr. 31 (aus A). — Fichtenau/Zöllner, *BUB II* (1955), S. 160–161 Nr. 322 (aus A).

Reg.: Meiller, *Reg. Friedrich* (NBl ÖGL 1, 1843), o. S. Nr. 19. — Meiller, *Reg. Babenberger* (1850), S. 155 Nr. 31. — Meiller, *Herren von Hindberg* (Denkschriften Wien 8, 1857), S. 100 Nr. 96. — Kopal, *Reg. Hardegg* (BVLkNÖ NF 12, 1878), S. 155 Nr. 113. — Wendrinsky, *Grafen von Plaien-Hardegg* (BVLkNÖ NF 13, 1879), S. 420 Nr. 389. — Dienst, *Regionalgeschichte* (1990), S. 251 Nr. 58. — Herold, *Herren von Seefeld-Feldsberg* (2000), S. 195–196 Nr. 155.

Lit.: Pritz, *Garsten und Gleink* (1841), S. 24–25. — Meiller, *Herren von Hindberg* (Denkschriften Wien 8, 1857), S. 58. — Friess, *Geschichte Garsten* (StMBO 1/4, 1880), S. 75–76. — Ficker, *Friedrich II.* (1884), S. 45 Anm. 1, 146. — Krones, *Verfassung* (1897), S. 201, 218. — Böhmer/Ficker, *RI V/1,1* (1881), S. 666 Nr. 3706, *Urkunde Friedrichs II. von Juni 1248.* — Anthony von Siegenfeld, *Landeswappen d. Steiermark* (1900), S. 230–231. — Mitis, *Niederösterreichische Stadtrechte* (JbLkNÖ NF 3, 1904), S. 237. — Melzer, *Garsten* (AGDL 4, 1907), S. 32. — Mitis, *Studien* (1912), S. 146–148. — Tellenbach, *Bischöfl. passauische Eigenklöster* (1928), S. 187, Anm. 203, 206. — Ardelt, *Garsten* (1939), S. 97–98. — Zauner, *Garstener Urkunden* (MOÖLA 5, 1957), S. 293, 294. — Lenzenweger, *Klosterarchiv Garsten* (1959), S. 325, 329. — Hausmann, *Kaiser Friedrich II. und Österreich* (1974), S. 248 (Anm. 102). — Huber, *Beiträge* (1982), S. 97, 162. — Perger, *Herren von Lengbach* (1984), S. 14, 15, 22. — Reichert, *Landesherrschaft* (1985), S. 33, 148–149, 221. — Zauner, *Siedlungs- und Herrschaftsgeschichte* (1987), S. 464. — Zauner, *Anfänge des Landes ob der Enns* (1991), S. 222. — Huber, *Garsten* (2000), S. 510, 532. — Kupfer, *Weinviertel* (2017), S. 236. — Zehetmayer, *Vogtei und Herrschaftsausbau* (2019), S. 247.

Laut Fichtenau/Zöllner, *BUB II*, S. 160, teilweise in der herzoglichen Kanzlei verfasst. Zur Sache siehe auch die *Urkunde Herzog Friedrichs II. von 1240 August 8, Marburg* (= *Urkunde Nr. GARS 18*).

Hängesiegel fehlt, laut Fichtenau/Zöllner, *BUB II*, S. 160, rot-gelbe Seidenfäden vorhanden. Siehe *monasterium*. Bei Fichtenau/Zöllner, *BUB II*, S. 160, noch Hängesiegel Herzog Friedrichs (Typus 41 und 42) verzeichnet, in OÖUB III, S. 34, als zerbrochen vermerkt.

Ediert nach A.

Nos Fridericus dei gratia dux Austrie et Styrie et dominus Carnyole notum facimus universis et nominatim significamus Ottoni advocato de Lengenspach, Liutoldo et Chunrado fratribus de Altenburch, Ottoni et Ortolpho de Grêze et Gundakaro de Styra, quod accepimus querimoniam

Vlrici abbatis et fratrum de Gersten super iniuriis et gravaminibus, quę sibi inferebant predicti et quidam alii minores, qui se dicebant sue ecclesie advocatos. Nos igitur dicto abbati et fratribus diem prefiximus ante castrum Sitzenperge ad nostrum placitum generale, ubi predictus abbas presente Chunr(ado) Frisingensi episcopo, comite Chunrado de Hardeke et multis ministerialibus nostris per plura privilegia sufficienter ostendit, quod in omnibus possessionibus ecclesie sue nullum preter nos habere debeat advocatum. Nos itaque eandem advocatiam, sicut iustum fuit, nostre adtraximus potestati, mandantes, ut nullos eos in suis possessionibus occasione advocatie gravet de cetero aut molestet. Quod quicumque contra ius et contra mandatum nostrum eandem ecclesiam de cetero infestaverit, illum, sicut ratio exegerit, puniemus utpote nostri nostrique iudicii contemptorem. Huius rei testes sunt Chunr(adus) episcopus Frisingensis, comes Chunr(adus) de Hardeke, Heinricus de Prunne, Irnfridus de Himperge, Henricus de Sevelde, Hademarus de Sunneberch, Wichardus de Arnsteyne, Heinricus de Hakanberch, Chũnradus et Vlricus fratres de Himperge, Vlricus de Chirchlinge, Hugo et Otto Tursones, Rapoto et Hademarus fratres de Schonenberch, Ditrycus de Volchinsdorf, Syboto de Hage, Liutoldus de Põrawe, Dyetricus Pramhase, Wernhardus de Inne, Heinricus de Wasen, Meinhardus de Gastey, Duringus magister venatorum, Duringus Scheke, Marquardus Preuhauen, Rubertus de Anaso et alii multo^{a)} plures. Dat. ante castrum Sytzenperge, XIII^o kal. octobris, anno domini M^o CC^o XXX^o V^o.

^{a)} A.

GARS 16

(Ende 1239)

Abt Konrad von Admont und Abt Pilgrim von Gleink bestätigen, dass Abt Ulrich von Garsten und Ortolf von Gaflenz sich wegen gewisser Verpflichtungen, die Ortolf sich bislang zu erfüllen geweigert hatte, verglichen haben.

Hss.: Original in Linz, OÖLA, StiA Garsten, Urkundenreihe: Nr. 40 (A).

Abb.: <http://monasterium.net/mom/AT-OOeLA/GarstenOSB/1240/charter> (samt Hängesiegel), zu 1240.

Edd.: OÖUB III (1862), S. 88 Nr. 82 (aus A), zu 1240.

Reg.: Pritz, Garsten und Gleink (1841), S. 99 Nr. 16, zu 1240.

Lit.: Friess, Geschichte Garsten (StMBO 1/4, 1880), S. 76, zu 1239. — Melzer, Garsten (AGDL 4, 1907), S. 34, zu Ende 1239. — Huber, Beiträge (1982), S. 165, zu Ende 1239.

Die vorliegende Urkunde ist mit M CC XL^{mo}, anno reformationis concordie et pacis inter Fridericum imperatorem et Fridericum ducem Avstrie, datiert. Diese Aussöhnung zwischen Kaiser und Herzog fand aber bereits 1239 statt, siehe Lechner, Babenberger (1976), S. 286–287; Dopsch, Salzburg (1981), S. 318; Fräss-Ehrfeld, Geschichte Kärntens 1 (1984), S. 254; Reichert, Landesherrschaft (1985), S. 31; Scheibelreiter, Babenberger (2010), S. 329; Neukam, Frauen der Babenberger (2011), S. 107. Spezifisch zur Feier der Aussöhnung zu Weihnachten 1239 in Wien siehe auch Vancsa, Geschichte (1905), S. 448. Dass die Aussöhnung bereits 1239 stattgefunden haben muss, belegt unter anderem eine Urkunde Herzog Friedrichs II. für den Deutschen Orden, deren Datierung jener der vorliegenden

Urkunde deutlich ähneln (Datum et actum Wienne, in nativate domini post compositionem et concordiam inter dominum nostrum inperatorem et nos sollempniter celebratam, anno incarnationis dominice MCCXL, indictione XIII). *Letztere ist ediert bei Fichtenau/Zöllner, BUB II (1955), S. 186–189, Nr. 344, und dort zu 1239 Dezember 25, Wien, eingeordnet. Wie bereits Meiller, Reg. Babenberger (1850), S. 266 Anm. 451, zu ebendieser Urkunde ausführt, ist sie unter Berücksichtigung des „Jahresanfang[s] mit Weihnachten“ noch mit 1239 zu datieren. Dass „die meisten österreichischen Chroniken“ von der Aussöhnung zwischen Kaiser und Herzog zum Jahr 1240 berichten, ist laut Meiller dadurch zu erklären, dass „die Feier derselben am ersten Tage des J. 1240, d. h. am 25. December 1239, Statt fand“. (Auch wenn BUB IV nichts über diese Feier berichtet, wird in BUB II, Nr. 344, doch eindeutig davon ausgegangen, dass sie noch 1239 stattfand.)*

Die Garstener Annalen berichten nichts über die Aussöhnung zwischen Kaiser und Herzog, verzeichnen jedoch den Tod des in der vorliegenden Urkunde genannten Abtes Ulrich I. von Garsten und die Wahl seines Nachfolgers Berthold II. zum Jahr 1239 (siehe MGH SS 9 [1851], S. 596). Entsprechend nennt Friess, Geschichte Garsten (StMBO 1/4, 1880), S. 76, und Friess, Geschichte Garsten (StMBO 3/2, 1882), S. 248, als Todesjahr Ulrichs 1239, Pritz, Garsten und Gleink (1841), S. 25, jedoch 1240. Melzer, Garsten (AGDL 4, 1907), S. 34, führt explizit an, dass Ulrich 1239 starb und ihm im selben Jahr Berthold folgte, wogegen auch die vorliegende Urkunde nicht spreche, deren Handlung wir „in das Ende des Jahres 1239 setzen [dürfen], da um Weihnachten d. J. sich der Kaiser mit dem Herzog Friedrich in Wien versöhnte. Und wenn wir den Weihnachtsanfang annehmen, der allein in Betracht kommt, so stimmen Annalen und Urkunde überein.“ So auch Huber, Beiträge (1982), S. 165. Vgl. auch die Äbteliste bei Huber, Garsten (2000), S. 547, worin die Amtszeit Ulrichs I. mit 1233–1239 und jene Bertholds II. mit 1239–1243 angegeben sind. Da bei der Datierung der vorliegenden Urkunde nur actum angegeben ist, ist auch nicht auszuschließen, dass die Beurkundung erst zu einem späteren Datum stattgefunden hat, wobei dann aber auf den mittlerweile erfolgten Tod des Abtes Ulrich keine Rücksicht genommen worden wäre. Sein Nachfolger Berthold ist erstmals in Urkunde Nr. GARS 18 von 1240 August 9, Marburg belegt.

1. Hängesiegel fehlt, Pergamentstreifen liegt lose bei; 2. Fragment des Hängesiegels an Pergamentstreifen. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

In nomine domini. Nos Chvnr(adus) et Pilgrimus dei gratia Admvtensis et Glvnicensis ecclesiarum abbates ad universorum volumus pervenire noticiam, quod considentibus nobis aliquando in ecclesia Gærstensi venerabilis pater Vðalricus eiusdem ecclesie abbas ceperat rationem ponere cum Ortolfo de Gavelenz super quibusdam iuribus suis, in quibus sibi dictus O(rtolfus) communia servicia hactenus denegarar, affirmans, ea sibi quondam a domino Reinberto abbate in quodam casu ad firmandas quasdam litis compositiones indulta fuisse. Quod cum nec testibus nec instrumentis, sicut ratio iuris poscebat, probare potuisset, tandem convictus iure communi suo speciali iuri renunciavit et possessiones ecclesie, quas sibi iniuste vendicaverat, una cum filio suo H(ei)nr(ico) in manus domini abbatis resignavit nichil penitus iuris seu proprietatis vel cuiuscumque frivole pactionis sibi et uxori et heredibus suis conservans. Quo facto sepedictus VI(ricus) abbas ad nostras et aliorum virorum bonorum preces inclinatus debita, que ab eodem Ortolfo antea exegerat, cum bona voluntate remisit et possessiones, quas sibi resignaverat

appensionem et servicia communia, ad que^{a)} ceteri convillani sui tenentur, eidem absque omni exceptione iterato locavit. Cuius^{b)} rei testes sumus cum ceteris subnotatis testibus, quorum hec sunt nomina: De familia ecclesie Gærstensis Gervngus officialis, Hartmannus lapicida, Eberhardus magister hospitum, Chunradus magister pistorum et alii quam plures, de domo Admvtensis ecclesie Vl(icus) et Levpoldus sacerdotes, Rvdlinus de Vlvar, Diethardus villicus, Otto camerarius, Pilgrimus et alter Pilgrimus et Gvndacharus et alii socii eorum. Act. anno dominice incarnationis M CC XL^{mo}, anno reformationis concordie et pacis inter Fridericum imperatorem et Fridericum ducem Avstrie.

^{a)} Danach servicia durchstrichen A. – ^{b)} C aus E gebessert A.

GARS 17

1240 August 9, Marburg

Herzog Friedrich [II.] von Österreich und Steier, Herr von Krain, bekräftigt seine [am 18. September 1235] vor Sitzenberg abgegebene Erklärung (= Urkunde Nr. GARS 15), dass nur dem Landesfürsten die Befugnisse eines Vogtes des Klosters Garsten zukommen.

Hss.: Original in Linz, OÖLA, StiA Garsten, Urkundenreihe: Nr. 39 (A). — Abschrift 2. Hälfte 15. Jh. in Linz, OÖLA, StiA Garsten, Hs. 1 a, fol. 18r (B). — Abschrift 15. Jh. in Linz, OÖLA, StiA Garsten, Hs. 1 b, S. 39–40 (alt fol. 12r–v) (C).

Abb.: http://monasterium.net/mom/AT-OOeLA/GarstenOSB/1240_VIII_09/charter (samt Hängesiegel).

Edd.: Kurz, *Beyträge II* (1808), S. 548–549 Nr. 69 (aus A). — OÖUB III (1862), S. 81–82 Nr. 76 (aus A). — Fichtenau/Zöllner, *BUB II* (1955), S. 204–205 Nr. 360 (aus A). — Mlinarič, *Gradivo I* (1975), o. S. Nr. 67 (aus A).

Reg.: Filz, *Michaelbeuern I* (1833), S. 264. — Meiller, *Reg. Friedrich* (NBl ÖGL I, 1843), o. S. Nr. 39. — Meiller, *Reg. Babenberger* (1850), S. 162 Nr. 61 mit S. 266–267 Nr. 457. — Meiller, *Herren von Hindberg* (Denkschriften Wien 8, 1857), S. 101 Nr. 108. — Tangl, *Grafen von Pfannberg II* (AKÖGQ 18, 1857), S. 168 Nr. 3. — Stülz, *Herren und Grafen von Schaunberg* (1862), S. 242 Nr. 121. — Ankershofen, *Urkundenreg. Kärnten* (AKÖGQ 32, 1865), S. 197 Nr. 987. — Friess, *Herren von Kuenring* (1874), S. XXVI Nr. 225. — Kopal, *Reg. Hardegg* (BIVLkNÖ NF 12, 1878), S. 156 Nr. 127. — Wendrinsky, *Grafen von Plaien-Hardegg* (BIVLkNÖ NF 13, 1879), S. 421 Nr. 409. — Friess, *Geschichte Garsten* (StMBO 1/4, 1880), S. 77. — Jaksch, *MDC IV/1* (1906), S. 277 Nr. 2202. — Kos, *Gradivo V* (1928), S. 359 Nr. 737. — Boshof, *Reg. Passau II* (1999), S. 172 Nr. 1737.

Lit.: Pritz, *Garsten und Gleink* (1841), S. 25. — Muchar, *Geschichte der Steiermark V* (1850), S. 163. — Krones, *Vorarbeiten* (BKStGQ 2, 1865), S. 67 Nr. 42. — Friess, *Herren von Kuenring* (1874), S. 81. — Kummer, *Ministerialengeschlecht Wildonie* (AfÖG 59, 1880), S. 212. — Ficker, *Friedrich II.* (1884), S. 93, 147. — Strnadt, *Geburt des Landes ob der Enns* (1886), S. 103. — Krones, *Verfassung* (1897), S. 186 Anm. 2, 201, 203. — Vancsa, *Geschichte* (1905), S. 453. — Melzer, *Garsten* (AGDL 4, 1907), S. 34–35. — Mitis, *Ein angeblicher Bruder* (MIÖG 41, 1926), S. 132. — Ardelt, *Garsten* (1939), S. 98–99. — Pirchegger,

Besitzgeschichte steirischer Stifte (ZHVSt 39, 1948), S. 11. — Zauner, Garstener Urkunden (MOÖLA 5, 1957), S. 295–296. — Lenzenweger, Klosterarchiv Garsten (1959), S. 325, 329. — Hageneder, Geistliche Gerichtsbarkeit (1967), S. 153 Anm. 103. — Dopsch, Landherren (1968), S. 69. — Hausmann, Kaiser Friedrich II. und Österreich (1974), S. 266 Anm. 179. — Hageneder, Lehensvogtei (JbLkNÖ NF 42, 1976), S. 81. — Huber, Beiträge (1982), S. 99, 163, 165. — Reichert, Landesherrschaft (1985), S. 148–149, 221, 223. — Zauner, Anfänge des Landes ob der Enns (1991), S. 222. — Huber, Garsten (2000), S. 510, 532–533. — Zehetmayer, Urkunde und Adel (2010), S. 168 (Anm. 818). — Zehetmayer, Vogtei und Herrschaftsausbau (2019), S. 247.

Laut Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 204, Diktat der herzoglichen Kanzlei, von gleicher Kanzleihand wie die Urkunden Herzog Friedrichs II. von 1239 November, Klosterneuburg (Edd. in Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 183 Nr. 341), von 1240 Dezember 31, Tulln (Edd. in Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 214–215 Nr. 370), und von 1241 Februar 28, Passau (Edd. in Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 220–221 Nr. 377). Die eindeutige Bestimmung eines bestimmten Diktators war jedoch nicht möglich.

Beschädigtes Hängesiegel Herzog Friedrichs (Fichtenau/Zöllner: vorne Typus 41, rückwärtig 42) an, laut Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 204, rosa, grüner und gelber Seide. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

Fridericus dei gratia dux Austrie et Stirie et dominus Carniole omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum. Frequenti nobis est ammonitione declaratum, quod fundationes ecclesiarum iuxta canonum et legum instituta sub tanto libertatis commodo debeant permanere, quod nec princeps nec alia quelibet persona sibi valeat in illis aliquam iurisdictionem auctoritate propria vindicare. Licet autem, ut prediximus, utrumque ius benignam libertatis cautionem omnium ecclesiarum indempnitati contulerit, quidam tamen minori personatu prediti fundationes principum taliter sibi nomine vel pretextu advocacie nituntur usurpare, quod asserunt se ex quadam speciali commissione vel alia conficta occasione se debere fore legitimos advocatos. Cuius presumptionis enormitas quosdam nobiles terre nostre contra ecclesias in tantum erexit, quod non solum de possessionibus et aliis bonis ecclesiasticis presumunt, sed etiam personis deo famulantibus tales difficultates ingerunt, quod ubique ferè dissolvitur per illos et vilescit libertas ecclesiastice discipline. Nolentes igitur talem violentiam in specialibus ecclesiis nostris aliquid effrenari, notum facimus universis, quod licet ecclesiam Gerstensem, que nos iure fundationis specialiter respicit, apud Sitcenberch singulari defensione ceperimus amplexari, ad instantiam tamen dilecti nostri Berhtoldi abbatis et conventus eiusdem in presentia nobilium nostrorum apud Marchpurch ipsam taliter exemptam nobis attraximus, quod ubicumque in nostro districtu possessiones vel quaslibet iurisdictiones habuerit, nos et omnes nostri successores illas specialiter deffendere^{a)} teneamur exclusis plene omnibus, qui sibi in eadem ecclesia ius advocandi hactenus usurpabant. Ut autem huius nostre pagine series firma permaneat et inconvulsa, non solum nostrorum sigillorum karactere, verum etiam subscriptorum testium attestatione curavimus obserare. Testes autem hii sunt: Rudegerus episcopus Patauiensis, Heinricus episcopus Sekowensis, Chunradus abbas Admuntensis, Perhmannus abbas sancti Lamberti, Hertwicus abbas sancti Pauli, Chunradus prepositus Sekowensis, Chunradus comes de Hardeke, Vlrucus comes de Peka, Heinricus de Schowenberch, Hermannus de Chranchperch, Liutoldus de Wildonia, Heinricus de Habspach,

Wolfkerus de Barawe, Fridericus de Pettouia, Chunradus de Hintperch, Vlricus de Marchpurch, Offo de Putten, Berhtoldus de Treun, Wolfherus de Rumberch, Liupoldus de Plumenowe, Albero de Chunringen et alii quam plures.

Acta sunt hec in Marchpurch, anno ab incarnatione domini M^o CC^o XL, V id. augusti, indictione XIII.

a) *A.*